**C**Notificatur membra: et dividitur hec pars in duas. secunda duo  
membra. ibi 3: Nonnaturalis. De prima dicit primo. quod co-  
lera natalis est spuma sanguinis coloris rubri clari leuis acu-  
ta: que quanto fuerit calidior: erit eius rubedo maior. **C**Dicit secundo. quod ista colera natalis cum generatur in epate dividitur in  
duas partes: quae vna vadit cum sanguine per totum corpus et re-  
liqua vadit ad chistum fellis. **C**Dicit 3: quod illa que transmittit per  
totum corpus causa necessitatis et causa utilitatis.  
Necessitas est ut miscerat cum sanguine ad nutrienda membra

## Fen. I.

colerica in quoꝝ sanguine q̄ est nutriturus illa mēbra cole-  
rica opꝝ esse colerā sicut pulmo: sed eius vtilitas est subti-  
liare sanguinē vt penetrer faciliter. **C**Dicit 4°. q̄ ista co-  
lera q̄ vadit ad chistiz fellis vadit causa necessitatis & cau-  
sa vtilitatis. Necessitates sunt dñe. vna fīm corpus totū &  
est mundificare sanguinē o nimietate colere: & alia est fīm  
vnū particulare mēbꝝ & est nutrire chisti fellis. Iuamē-  
ta vō sunt. vnū est abluere itestina a stercore & flegmate vi-  
scoso. Secunduz est stimulare intestina & mūsculos ani vt  
incident ad emittendū feces & vt sentiant hoc qđ est in eis.  
**C**Ultimo dicit ppter hanc causaz sepe accidit colica p-  
pter opilatiōe viaꝝ vel foramis que sunt in fel & itestina.  
Et ego hoc sepissime in hyctericis vidi. **C**Lirca p̄mū di-  
ctum nota p̄mo. q̄ ista notificatio nō ponit bic p bona de-  
scriptione cōi ad cōem colerā nālēz. Nā ista que est in chi-  
sti fellis nō est rubea: vt notat experientia: & est tamē natu-  
ralis. **C**Uult ergo Auicē. facere nos cognoscere maxime  
illā que cū sanguine vadit tāq̄ difficilius cognoscibile. Nā  
reliqua iuuenit per se pura in felle. & ideo facilius cognosci-  
tur. Sed ista que vadit cū sanguine est humor qui cuꝝ euā-  
cuā simul cū sanguine est aptus supnatans ad modū spu-  
me cuꝝ gbusdā ampullis & est rubea rubedine clara & acu-  
ta in sapore: & quāto fuerit calidior ista: eadē erit tāto rubi  
cūdior. **C**Nota 2°. q̄ l̄spuma fiat māliter ex vapore & re-  
viscosa. nā nō est nisi aggregatio ampullaz: vt in cōmento  
illiū affo. sc̄de particule. Strangulatoꝝ & dissolutoruꝝ &c.  
tñ hec viscositas nō opꝝ q̄ sit multa: imo viscositas in nāli  
colera iuuenta ad h̄ sufficit: cū etiā aque viscositas sufficiat:  
vt p̄z per experientiā. Et ex Hal. colligīt de aqua pura clara  
q̄ in ea fit spuma. z°. p̄nōsticoꝝ. cōmento. 46. Colera q̄ in  
flobotomia petit supiora: & vapořes grossi a sanguine ascē-  
dentes iſtrant subam eius & subleuant cū ex toto frangere  
nō possint fiunt ampulle: & hoc mō colera est spuma. In q̄  
busdāz tñ valde hec colera adheret sanguini: & aquositas  
supnatat. Et ideo dixit Isaac q̄ flegma est spuma sanguis:  
q̄ supnatat hec aquositas q̄ vocat large flegma. **C**Utrū  
aut in venis stet colerā esse spumaz: puto esse possibile: sed  
Auicē. nō dixit ad hūc sensuꝝ. **C**Lirca dcīm sc̄dm conside-  
ra q̄ colera generat in corpore hora generationis sanguis  
in epate: & tunc dispartit epate transmittente & alius mem-  
bris attrahentibus.

**Sed dubium est** vtꝝ necessariū sit ex quolibz  
chilo ex quo generat sanguis  
generari colerā. **C**Hic sunt duo modi dicēdi. vnuſ Hēti-  
lis cōcedēdo ex chilo generari nō posse sanguinez qn si de-  
bito tēpore maneat genereſ colera: q̄ glibz chilis h̄ ptez  
pportiōatā generatōi colere q̄ epate potētē generare san-  
guinē cōuertif in colerā: & h̄ p̄cipue in epate naturaliter di-  
sposito. **C**Qđ si ponat chilū esse in quo nō sint nisi partes  
pportionate sanguini & flegmati dī q̄ hoc repugnat chilo  
sicut ligno repugnat esse & nō hēre partes terre pportiōa-  
tas. **C**Alius modus est cōcedēdo h̄ esse possibile. s. genera-  
ri sanguinē ex chilo & nō generari colerā etiā in epate natu-  
raliter disposito: & hoc in casu statim posito quē admittūt.  
Medico aut sufficit q̄ in corpore sano debite recto qn ge-  
nerat sanguis ex quadā parte chilo generat colera. **C**Lir-  
ca 3°. dcīm attende q̄ per necessitatē intelligimus illud sine  
quo nō contingit pmanere. Et p iuuamentū debemus itel-  
ligere hic oēm vtilitatē necessariā. & tūc p̄z totū. Nam fīm  
mentē Hal. pulmo nō posset nutritiri nec alia mēbra coleri-  
ca nisi colera esset p̄ māe nutrimēti. Et fīm sequētes Ari.  
q̄ dicit solū sanguinē nutritire. sanguis nutriturus pulmonē  
recipit q̄dāz alteratōeſ a colā: quā ab alio recipe nō possz.  
& ideo colerā admisceri est necessarium p nutritatiōe pul-  
monis subtiliari sanguinem non est ita necessarium cum  
possit ab alio subtiliari.

## Doc. III.

**Sed hic cadunt** aliquæ dubitationes. Prima q̄  
colera est calidior: v̄l illa q̄ va-  
dit ad chistim vel que trāsit cū sanguine. Secunda que ē ma-  
ioris cōtitatis. Tertia que est grossior. **C**Pro p̄ma dī cōi-  
ter q̄ illa q̄ vadit ad chistiz ē calidior: q̄r est purior. Et Ha-  
z°. p̄nōstico. cōmento. 37. videſ velle illū humorē q̄ est pu-  
rus esse intensiore in suis qualitatibus. P̄z etiā: q̄r floboto-  
mia facit furere colerā. q̄ sanguis refrenat eaz a caliditate  
nimia. Illa q̄ que separata est a sanguine ē calidior. **C**Pro  
z° dubio credo multo ampliore quātitatē cū sanguine trāsi-  
re: sed hoc nō est certū. nam omni die cū fecibus multum  
emittūt. **C**Pro 3°. p̄t vtraq; ps teneri. Videſ tamē velle  
Hal. in colera puriori calore cōsumpsisse humiditatēz. & in-  
grossasse. n. loco allegato. Sed q̄ vult opposituz dicere. re-  
spōdet Hal. ibi log de colera ppter nām: vt p̄z ibidē.

**C**Ulterius nota q̄ chistis fellis qđ hic vocat fel nutritiē  
colera nō ppria nutritiōe: sed voluptuatiōe quadā qua cōser-  
uatur & souet ab ea ppter nālem contuientiam & fine ea  
pieret. **C**Nota v̄lterius in intestinis ppter sui frigiditatē  
generari multū flegma viscousz: & q̄r multa indigaz ad ea  
trāsmittunt. iō nā ordinavit quadā viaꝝ inter fel & p̄mū  
itestinū per quaz colera transmittit & vocat porus felleus  
& trāmissa colera sui absterſiōe & solutiua vtute abstergit  
intestina ab illo flegmate & sui acuitate pūgit itestina & li-  
mulat ad expellendū. Nam intestina nō sunt multi sensus  
in gbusdā vadit ēt via vna ad fundū stomaci ad hoc vt ibi  
vigorato calore melius compleat digestio. In homine ta-  
men nāliter disposito ista via est parua: sed in aialibus co-  
medētibus cruda & de rapina viuentibus est maior & mul-  
tu ad fundū stomaci transmittit vt iuueſ eoꝝ digō. Nec  
colera est q̄ tingit feces. & iō albedo sīgt hyctericā & opila-  
tionē in poro felleo & opilatio est vtriusq; cā. s. hyctericie  
albedinis fecū. **C**Et ex hoc p̄z causa: quare aialia rapacia  
habent albas feces sicut lupus & canis: q̄r in illis colera va-  
dit ad fundū stomaci nō ad itestina.

**Sed est dubitatio** q̄re cuꝝ in stomacho multa  
flegmata generent nō or-  
dinavit nā coleram ibi transmitti. Dicit h̄z Hal. 4°. de vi-  
litate particulaꝝ q̄ colera illuc transmissa deyceret appe-  
titū & cōmoueret ad vomendū. q̄ ad ista nocumenta vitan-  
da nō multuz transmittit illuc de colera. Et ex hoc p̄z: q̄re  
in habentibus latam viaꝝ a felle ad stomachum accidit vo-  
mitus colere: vt sumit secundo regni. & dicuntur infelices  
a natuitate &c. *Ex p̄mo colligīt p̄z. & rap. dōrum*

**C**Nonnaturalis vero colera alia est que a natu-  
ra egreditur propter causam extraneam queci  
admisctetur: alia est que a natura egressa ē pro-  
pter cām in se: q̄r eius suba est nōnālis.

**C**Hic determinat de colera nōnāli: & diuidit in duas. Nam  
p̄mo ponit vna diuisionē. z°. mēbra diuisiōis declarat. ibi.  
(Partis p̄me) Dicit p̄mo. q̄ colera nō nālis est duob⁹ mo-  
dis. vnuſ est ppter rez extraneā ei admixtā. alijs est vt sic  
egressa a nā. Ubi per nōnālem coleram intelligit hic illaz q̄  
nō est apta sine p̄ternāli nocumēto vt nā cōsequat per eas  
finē quem itendit ex colera.

**C**Partis prime est alia que est scita & famosa:  
& est illa cui extraneum illud quod est admittit  
est flegma cui⁹ ḡnatio magis est in epate: & talia  
est que i minoris fame & ex illa cui extranei qđ  
admixtum est melanolia.

**C**Nunc declarat membra diuisionis. & p̄mo p̄mū: deinde se-  
cundū. ibi. (que vō i suba) Prima in duas: qn p̄mo ponit  
diuisionē cū generali membrorū declaratōe. z°. spālius mē-  
bra declarat ibi. *Nota qn. Dicit p̄mo. q̄ colera non*

videlicet ex p̄mixtione colerū nārū efficiuntur nārū  
in p̄fīcī bñq̄ cōp̄ nec abo nārū p̄ter iudicatur  
modus mixtioneis h̄or p̄mixtioneis h̄or cōtingit. Et  
audirens antiquis per ore in q̄d sp̄eriob̄ ut s̄p̄. aphorisi  
in p̄terbari et barbitur.

## Fen. I.

naturalis ppter cōmixtione rei eēnē est duoz̄ modorū. Aut. n. est scita et famosa q̄ est talis ppter p̄mixtionez cole-  
re cū flegmate et huius generatio magis in epate aut ē mi-  
noris fame: et est ppter p̄mixtione colere ru. cū melacolia.  
Lōsidera ḡ q̄ colera nālis determinat sibi modū sube et q̄li-  
tatez merito: quoz nā pōt conseg finē quē intendit modo  
cōtingit ex p̄mixtione eius cū flegmate. siue illud flegma  
fuerit naturale: siue nō p̄mutari colerā in mō sube et equa-  
litatibus: ita vt inde nā nō sequif̄ finem intentū ex colera:  
q̄ fit colera viscosior̄ grauior̄ grossior̄ fridior̄: vel ecōuerso  
q̄ debeat: et ita ēt contingit ppter melancolie mixtione.  
Ex h̄ p̄ solo dubiū. an ex p̄mixtione flegmati naturalis  
cū colera vel etiaz melancolie naturalis possit fieri colera  
nōnaturalis. nā h̄ est cōcedendū. Nota 2. q̄ nō obstan-  
te q̄ flegma sit valde viscosum. Tamē est possibile ipsum  
alteri humorū p̄miseri: sed h̄ bene fit difficile: q̄ viscosum  
nō valde facile diuidit ad minima. Et ideo si Isaac dicat  
flegma nō permiseri cuz colera: intelligat hoc eē difficile  
nō impossibile. Nota 3. q̄ mixtio istoz̄ humorū adiui-  
cem aliquā fit per solā divisionē ad minima et iuxta positio-  
nem sicut aqua miscef̄ vino in ciato ambobus humorib⁹  
suam formā seruātibus. Quādoq; vero stat ambos corrū-  
pi et tertiu generari: sed cū ita contingit hic tertius sapit na-  
turam dominātis in mixtione. Nota 4. q̄ multotiens  
talismā mixta per iuxta positionem penetrat et ambo hu-  
mores intrant: sed vñus p̄ncipaliter et per motuz̄ eius et pu-  
tredinē alter mouet et putret: q̄ qđ tangitur a putrido pu-  
trefit. verbi grā. in mixtione principaliter colera putrefit et  
flegma ppter colere putredinem sibi vicine. In isto ḡ casu  
febris denominat ab humorē i quo p̄ncipaliter est putre-  
do et seruat piodū motū illius humoris deductis alijs im-  
pedimentis: ita q̄ in casu dicto febris fieret tertiana et non  
quotidiana. Ex isto cuz paucis adiūctis p̄ esse possibile  
febrem pendente a pluri flegmate q̄ colera esse tertianaz̄  
sicut pendentes a pluri colera q̄ flegmate esse quotidiana.  
Et ex h̄ p̄ in practica: q̄re i febribus flegmaticis qñq;̄  
signa colere dñantur. Et in colericis qbusda dominant si-  
gna flegmaticis: sed de hoc in alio loco. Attende ylterius  
hic q̄ maxime in epate generatatur colera q̄ ibi maxime  
viget calor humorū permixturus: et ibi etiā generatur plu-  
rimi humores. possz tñ in venis et alibi generari. Dicit aut  
vna satis nota et famosa: q̄ pluries visa et in vomitu et in se-  
cessu q̄ alia: q̄ melacolia nō tante est q̄titatis quātē fleg-  
ma: nec ita faciliter permiscef̄ sui maiori grossicie.

**Ultimo cadit hic** dubiū. vtrū p̄ sanguis mix-  
tionez possit fieri colera nō  
naturalis. Et videf̄ p̄mo. aperte cōcedendū q̄ per admix-  
tione sanguis nōnaturalis possit fieri colera nonnaturalis  
pter malas qualitates sanguis coleram a sua natura mu-  
tantes. Secūdo concedendū ex nimia p̄portōe sanguis  
ad coleram: coleraz̄ posse remitti in calore et siccitate et  
fieri grossiore cū sanguis his tribus modis a naturali cole-  
ra distat. Ex quo sequif̄ ipsam posse fieri per sanguinis  
admixtione recedētis a p̄prio temperamento colere debi-  
to. et per p̄nū posse fieri nōnaturalē. Et sic nō obstante q̄ san-  
guis sit benignissimus humorū per appropinquationē gra-  
duale ad ip̄z aliqd sit malignū. Et in hoc nō ē dubiū.

Hota aut et famosa aut est colera citrina: aut  
est colera vitellia: flegma nāq; cui admiscetur  
colera: qñq; est tenue: et generatur inde prima:  
qñq; est grossuz̄ et generat inde scđa. s. colera q̄  
onoz̄ vitellis filis existit.

Nunc specialius hec membra declarat. et p̄mo nota. z.  
et que ē minoris fame. ibi (Que aut minoris.) Dicit p̄mo.  
q̄ colera nota et famosa aut est citrina aut vitellina. Nam

## Boc. III.

27

flegma qđ miscetur colere aut est subtile et generat ide co-  
lera citrina: aut grossum et generatur inde colera vitellina.  
Ubi nota. q̄ de colera citrina q̄ fit p̄ flegmatis admix-  
tione oēs concordant. Sed de vitellina aliter videf̄ loqui  
Hal. z. virtutū naturaliū. caplo vltimo. et z. p̄nōsticoz̄. cō-  
mento. 37. quā hic Auicē. vult. n. colerā vitellinā generari  
p̄ adustionē et assationē colere naturalis. Et ideo esse gros-  
sorez et rubicūdiorē ea que est naturalis in felle. Unde sic  
ad l̄ram dixit scđo nāliu. loquens de nāli colera. Subtile  
aut hoc est et humidū et fluxibile. nō sicut cū assatū vltime  
xanthū fit et igneū et grossum et vitellis ouoz̄ simile. Auer.  
etiā 3. colliget. huic opiniōi videf̄ assentire. dicit de coleris  
nōnaturalibus. vna eaz̄ est q̄ similaē vitellis oui qđ natuz̄  
est illo die. Et Hal. dicit in pluribus locis q̄ hec sp̄es cole-  
re est calidior nāliter et paulo post addit: et sensus vltis in  
hoc adiūiat Hal. Mibi v̄ concedendū esse aliquā esse  
colerā grossam in grossitie vitelloz̄ oui que est talis p̄ passa-  
tionē vt dicit Hal. et Auer. Et aliquā esse grossaz̄ p̄ admix-  
tione grossi flegmatis: vt dicit Auicē. et vtrāq; posse vocari  
vitellinā ppter illā similitudinē quā h̄ cū vitellis ouoz̄: et  
iste discernunt ab inuicez: qm̄ in vitellina p̄ma est rubedo  
maior et nō est viscositas: sed in scđa est pallido quedam et  
est viscositas. et p̄ma est calidior nāli colera: et scđa est frigi-  
dior. Et h̄ solent dicere doctores q̄ vitelloz̄ oui: qdaz̄ sunt  
valde rubicundi: et quidam pallidi et illi pallidi similantur  
colere vitelline mixte: et alij similantur colere prime: et sic  
ambo verificantur.

Que aut minoris est fame est illa que colera  
vocat adusta que aliquo duoz̄ generat modo  
ru. vñus est vt colera in se aduratur et accidat  
in ea cinereitas: sed eius subtile non separat ab  
ipsi⁹ cinereitate: imo cinereitas in ea contine-  
tur. Et hec qđē est peior. Et aliis est vt colera  
nigra extrinsecus ad eam veniat: et cū ea miscea-  
tur: et hec qđem est melior. hui⁹ aut sp̄ei colere  
color est rube⁹: sed nō est clarus neq; floridus:  
imo est magis filis sanguini: h̄ est tenui⁹: et ple-  
rūq; a suo colore pp̄ alijs mutat cās.

Hic notificat sp̄aliter z. membz̄. Et dicit breuiter q̄ il-  
la que ē minoris fame est illa que vocat colera adusta. Et  
est duob⁹ modis. Unus est vt colera fm partē aduraet et re-  
maneat in ea cineritiū qđ nō separat a subtili alterius par-  
tis. et hec est peior de istis duabus. Secūdo modus est. q̄  
colere misceat melancolia naturalis: et ita fiat siccior et pre-  
ter nām et illa est melior: et color istius scđe sp̄ei est rubeus:  
sed nō est clarus nec floridus: imo est magis similis sangu-  
ni et est tenuis: sed tñplerūq; a suo colore mutat ppter alijs  
quas cās. Nota hic p̄mo. q̄ hec colera dñ adusta: q̄ siccior  
naturali sine vera adustioē: q̄ sine calefactioē. No-  
ta z. adustionez qñq; siue cōiter p̄ omni terrestificatione  
siue fiat resoluto hūido remanēte terreo: siue fiat per ter-  
rei admixtione. Quādoq; vero pp̄rie apud medicū impor-  
tare opatōez calidi ignei p̄ quā in eo qđ aduriē grossum re-  
manet in terra: vel descēdit et subtile humidū ascēdit. siue  
hoc fiat p̄ putredinez siue nō: vt pōt sumi z. hui⁹. caplo de  
causis calefacientibus. Qñq; sumi p̄p̄issime apud phos  
p̄ operatōe dicta nō facta a putrefactōe. Dupl. n. cōtingit  
a calido extraneo separari in mixto. hūidū a siccō. vnomō  
p̄ putrefactionē. alio mō p̄ adustionē. et differūt. Nā putre-  
factio est corruptio innate caliditatis ab aliena caliditate:  
cū ppter ipotentiā caliditatis nālis supra humiditez re-  
gulādo extraneaē humiditas a calore alieno: ita vt p̄ illud  
fiat iconueniēs forme siue et calidas corrumpt: et cū h̄ nō

v 3

## Fen. I.

fiat alicui forme mixti ouenies. Adustio vero est cum propter violentiam ex nee caliditatis est si inata sufficeret ad suum humidum regulandum sit humidi ut perfici a siccо separatio. Et ideo adustio de corruptio violenta et putrefactio natalis. 4. methauro. Deficiete. n. principio itinseco et impotente fit putrefactio: 13 Albertus putet in putrefacto educi humidum a calore natali quod agit magis secundum calor absolute: et deficit in natalitate ex aliqua causa quod non vir mibi vult et cōuersione vertitur: sed adustiis principalis causa est extirpatione. Ex his primum spem huius colere fieri sine putrefactione cum a fortiori calido assante contingat: ut de 2. pnostico. et 2. aploponi. locis allegatis. Pro 2. que Auer. 3. colligit. dixit febrez que de arabice se fraria: et apud nos causon non fieri per putrefactionem semper: immo per adustionem. Nihil. n. repugnat calor et ystiuu eleuare calidissimos fumos colere et eos cōmunicare coradi. S; de ista manu dicebat ppter deo dante. prima certi. In summa ergo hec colera adusta vocatur non ppter sumpto vocabulo adusti: sed large per terrestificata sine resoluto humido per putredinem siue per adustionem vera siue mixto terreo humore. Nota 3. quod colera adusta per admixtionem melacolie aliqui est talis per admixtionem natalis melancolie: qui est talis per admixtionem melancolie non natalis. Colera ergo adusta per admixtionem melacolie ppter namque est acetosa et super terram bulit est deterior: quod illa melacolie est peior colera adusta: ut colligatur ex Hal. 2. natalium. caplo ultimo. Sed colera adusta per admixtionem melacolie naturalis est minima: et ad hunc sensum intelligitur hic Aui. Nota 4. quod color huius colere declinat a claritate cornuta. ppter primitiunem melancolie nigre existit remanet tamen plerique rubeus melancolia non ex toto rubedinem tollente: est autem leuis non respicuum aliarum specierum colere ruit. sed grauis. Sed de leuis comparatione sanguis cum quo plerique in flomia evacuantur est melancolicus et grossior illa colera. Ultimo non habet colere colores mutari secundum mixtiones aliorum humorum: et secundum variam proportionem colere ad melacoliu secundum mixtam.

Que vero in sui suba extra natura est alia est cuius genitio sepius est in epate. alia est cuius genitio magis est in stomacho. Et illa quod est in stomacho. Et illa quod est in epate est una species. Que est in sanguine est subtile adurit cuius spissitudo colera est nigra: et quod in stomacho magis generatur duas hanc partes prassina. s. et in viride ut erugo eris.

Nunc declarat secundum membra principale colere non naturam: et dividit duas partes. Nam primo dividit declarando species humis membrorum. 2. docet modum generatiis secundum suam opinionem quarundam illarum. ibi 2. Et mihi. Dicit primo. quod colera quod est ppter nam in sui suba. aliqua est quod magis generatur in epate. aliqua que magis generatur in stomacho: et illa quod magis generatur in epate est colera quod fit ex parte subtili sanguinis cum sanguis putreficit: et suum subtile transire in colera: et grossum in melancolia. illa vero quod magis in stomacho generatur haec duas species. s. prassina et zinaria seu eruginosa eris. Considerandum ergo primo. quod ista colera deinde ppter nam in sui suba: quod preternaturalitas et mala disposicio consequitur naturaliter formam istarum colerarum. nam non sunt eiusdem forme cum natali. Nota 2. quod prima species habet colere generatur in omni loco corporis ubi sanguis putreficit faceret febrez continua ut haec videri. prima certi. Sed tamen maxime in epate: quod ibi plurimum putreficit multo calore et multa humiditate ad eum delata. In corde autem minus accidit putredo hec: quod fortis est virtus: et quia ad ipsam veniunt humiditates plus melius preparate quam ad epate: non tam negandum est in eo hanc posse generari. Et credo etiam in sano epate propter multam sanguinis ad putredinem preparationes hanc posse generari: sed cum generatur accidit ex ea plurimi-

## Boc. III.

mum egritudine propter putredinem. spem est dubium. ut per melacolie putredinem vel flegmatias contingat generari hoc modo colera: et puto quod non immediate. Nam melacolia est grossa et per adustionem vel putredinem grossat et fit melacolia ppter nam non colera. Elegma etiam ante certam acuitatem recipiat ut colera debeat applicari consumptum humidum et remanet cinereum grossum ad melancoliam reducibile. Colera vero cum putreficit aut convertitur in melancolia aut fit inde prima species nominata supra vel colera vitellina secundum modum Halie.

Nota 2. quod due aliae species. s. eruginosa et succo porri similis apud medicie doctores diversimode ponuntur generari. Et ideo quod in hoc non cadit demonstratio. Aui. dicet paulo post hec sua dicta in eis esse iudicia estimativa. Auer. g. 3. colligit. vult utraque istarum in stomacho generari per hunc modum. Transmissa colera ad stomachum ubi cum melacolia vel alio humore misceatur et recipit quedam modum caloris per quem prima forma deperdita in utroque humore per putrefactionem fit humor nouus quod de equo colera. Sic g. secundum Auer. non solu ex vitellina generatur prassina: sed ex aliis. et ita non semper zinaria ex prassina. Et Hal. ut velle 2. pnosti. cometo. 3. s. quod aliqui generant ex alleis et cepis et oleribus. Et ibi habes quod quicunque generatur in venis et pellit ad stomachum. Ideo non intelligamus dicta Aui. nisi ut plurimum verificari tam de loco quam de manu generatiois. vocatur autem prassina et prassio siue a marubio cui similitudine in colore. nam est viridis obscura: et hec aliqui vocant porrina: quod siliis succo porri. s. frondium. Zinaria vero de ita: quod simulatur viridi eris quod de zinaria: et habet viriditatem tenuitatem ad albedinem.

Et mihi quod est viride per prassina ex vitellina generatur cum aduratur. cum non aduratur adustio in ea efficit nigredinem: ex qua cum citrinitate mixta genitae viriditas. Zinaria vero videatur mihi quod generatur ex prassina cum tamen aduratur donec ei humorositas siccatur: et ad albedinem redire incipit ppter sui siccitatem. calor namque in humido corpore in primis nigredinem efficit: deinde denudat ipsum nigredinem quod ei oino finit humiditatem: et quando superfluit in eo ipsum albificat: et hoc quod est in lignis attinge que prius in carbonem contum: deinde in cinerez. Calor. n. in humido efficit nigredinem: et in eius contrario albedinem: et frigiditas in humido albedinem operatur: et nigredinem in eius contrario hec tamen duo iudicia quod in prassina et zinaria iudicantur estimativa sunt iudicia: hec autem species que dicitur zinaria omnibus rubee speciebus calidior existit et peior et magis perniciosa: et dicitur quod est de substantia venenorum.

Docet modum genitioris prassine et zinariae dicentes quod sibi viride per prassina genitae ex adustione vitelline: quod calor cum aduratur vitellina colatur efficit in ea nigredinem: ex quod nigredine mixta cum citrinitate efficit viridis color quod ambo mediiter illos. S; zinaria ut sibi quod fiat ex prassina per ultiorum adustionem: cum tamen aduratur et ei humorositas finatur. Nam calidus agens in humido perducit nigredinem: deinde nudat eum nigredine cum ei humorositas finit humiditatem et postea albificat. Et istud potius videri in lignis quod ad ignem primo denigratur quousque in carbones transmutetur: s; cum incineretur de albanum. Nam calor in humido agens denigrat et in siccum facit albedinem: et frigiditas eius. Subdit quod hec duo iudicia quod dicitur de modo generatiois prassine et erugiose sunt ambigua. Sed

vallis in humido calor absolutus et per se animatus et in humido parato vaporario agitur: calor ultimus id est per se calor agitur in humido obiecto per se quod non est vapor vaporario a calido non rigescit immo absque

quocumque sit zinaria oibns colere spēbus est deterior et calidior et magis pnicosa: et dī q̄ est de genere veneni. Hic nō est dubium ita posse stringere de ḡnarioe colerarum: ut Aui. dicit. p̄t ē teneri modus Auer. vt supra dixi.

**Sed dubium est** vtrū calmagēs i hūidū. p̄mo denigret: deinde dealbet: et frigidū agēs in hūidū dealbz et in siccū denigret. Negatiue arguit p̄mo. de lacte qđ fit ex sanguine a calo et nō fit ibi denigratio. 2. qz carnes q̄ in aqua elixant nō nigrescunt: s̄ dealbanf. 3. apparet de albumine oui apparet ip̄z fieri albuз agēte solo calo igneo. 4. saltē nō v̄t q̄ debeat dealbare mō posito ab Auicē. colera prassina: qm̄ maior ē humiditas in colera zinaria q̄ in carbonibus et q̄ in ligno. Ergo sicut i ligno illa humiditas sufficit ad hoc vt fiat denigratio: ita dī sufficere in trāstū colere de prassina ad zinarię vt fiat amplior denigratio.

In ista qōne nōndū est calmagēs aliquod esse agēs tāq̄ naturale calm: qz directū a forma mixti vel celesti ad certuz finē itenta ab ea. Aliqd autē est agēs vt calor elementalis. Exemplū p̄mi. vt calor stomaci in chilificando et epatis in sanguificādo et māmillaz i lactificando. Exemplū scđi. sicut ignis i lignis et rebus q̄ adurunt. Itē humidū qđ patit aliquod est simplex vt aqua et aer: vel simplicitati valde vici nū aliquod mixtum vt lignū et caro. 3. actionē calidi ignei in hūidū qdā ē talis vt p̄ ea eleuet et genere fumus extereo valde passo a calo subtiliato et vaporabilr dispagatur p̄ poros corporis. Quedā autē est actio in qua nō eleuat fumus terrestris: sed aut nihil eleuat aut p̄ hūida. Exemplū p̄mi. si lignū ponat in feruēti aqua et ibi teneat. l3. n. calor agat nō agit eleuando fumū terrenū. Exemplū scđi. si lignū ponat super flāma. Tunc ponunt due p̄clones. nō omne calmagēs fortiter i humidū. p̄mo denigrat. Patet i calo agente vt nāle: vt arguit supra de calore māmillaz et stomaci: et p̄z in calore nō faciēt fumū terrestre sicut in albumineoui et carne elixa et multis silibus. 2. p̄clo. omne calmagēn fortis intensiōis est aptū humidū mixtuz nō de senigrū p̄ sui actōez denigrare. p̄z qz est aptū fumū nigrū eleuare et ipsum vaporabilr p̄ poros corporis dispagere. Et hanc vult Auicen. hic. Et sic p̄z argumenta soluta esse. Ult. n. Auicē. ex quo calmagēn est aptū humidū modo dicto denigrare q̄ in generatiōe prassine colere illo modo egit quo est aptū denigrare. Et qz tale calmagē multiū itendē. do siccitatē in fumos nigros resoluēdo est aptū qnq̄ dealbare. ideo postea in generatiōe zinarie egit vt sibi videt eo mō quo dealbat. Nota etiā egritudines ex zinaria cole ra esse mortales et paucos iueniri a q̄bus ista colera expellit vomitu q̄ nō cito moriant. Et videt q̄ h̄ faciat a ppriate. Ideo dī de genere veneni.

Colere autem nigre alia est naturalis alia nō-naturalis superfluitas.

Dic Auicē. determinat de melācolia: et didic in duas. Nam p̄mo ponit diuisionez. 2. mēbra declarat. ibi. Nālis est Dicit p̄mo. q̄ colere nigre vna est spēs naturalis. alia ē superfluitas nōnālis. Et itelligatis hic nālez et superfluitatē sicut supra dī de colera rubea.

Naturalis est boni sanguis fez et turbulentia et superfluitas in comparatione ad sanguinez: qz omnes h̄siores superfluitates ad cōparatiōez sanguis cui⁹ sapor iter dulcedinez et ponticitatem existit. Que csi i epate ḡnat in duas sepaēt p̄tes: quaz vna i sanguinez penetrat et alia ad splenē trāsmittit. Pars autē q̄ cū sanguine penetrat vadit cū eo cā necessitatē et utilitatē. Necessitas

no est vt sanguini admisceat eo mō quo dī in nutrimento cuiusq; mēbroz i quoq; p̄sonib; magnā melie partē ee oī sicut sunt ossa. Utilitas no est vt sanguinē restrigat et cōfortet et inspissi p̄m. Et pars ei⁹ que ad splenē trāsmittit est illud quo sanguini nō idigit q̄ ad ip̄z vadit causa necessitatē et utilitatē. Necessitas vero aut est fm corp⁹ totū. s. vt a supfluitate miseret: aut fm memb⁹ qđ est vt splenē nutrit. Utilitas no ideo accidit: qz in os stomaci q̄si mulgedo p̄fluat. Et hec qdē utilitas duob⁹ ē modis: uno qz os stomaci stringit et fortat: et i spissat. Alio vt in ore stōaci cōmotionē faciat pp acre- dīne et excitet ad famē et faciat desideriū.

Notificat membra: et didic in duas partes. Primo notificat naturalē. Secundo nōnaturalē. ibi (Melācolia vero.) Prima in duas. p̄mo facit qđ dī. scđo ponit vñū notanduz circa ambas coleras. ibi (Debes autescēre) Dicit p̄mo. q̄ melācolia naturalis ē fex boni sanguis et supfluitas turbulenta: cuius sapor iter ponticitatē et dulcedine medius existit. Dicit secundo: quo ad hāc partē q̄ ista melācolia naturalis quādō generat in epate didic in duas partes: quaz vna vadit cū sanguine per totū corpus. Alia transmittit ad splenē. Illa que vadit cū sanguine vadit causa necessitatē et causa utilitatē. Necessitas est vt membra nutrit melācolia in quoq; sanguine q̄ nutriturus est ea multā melanconiam op̄z esse cōmixta. Utilitas est vt sanguinē i grosset et cōstare faciat et cōfortet. Pars vero que vadit ad splenē et illa qua sanguis nō idiget vadit causa necessitatē et causa utilitatē. Necessitates sunt due. vna fm totū cōpus et est mūdificare sanguinē a supflua quātitate huius melācolie. Et alia est fm vñū mēbz et est nutritre splenē. Utilitas no est vt transmittat pars huius melācolie ad os stomaci et quasi emulgēdo p̄fluat. Et ille fluxus duobus modis iuuat. vñus est cōfortando. secundus est vt cōmoueat os stomaci sui acrēdine et excitet famē et faciet desideriū cib. Nota ḡ p̄mo. nomē superfluitatis quādōq; siue pro omni humore malo: qnq; siue p̄ omni tali in corpore ex cibis vel potibus iuento q̄ in nutricationē fm totā speciem nō ordinat: sed per digestionē ab vtili vt expellaē separat: et isto modo fex et vrina dicunt superfluitates. Tertio mō sumit p̄ hūore ex chilo gēito non ita p̄ncipalissime et a virute intento: et isto mō oēs ali⁹ humorē a sanguine dicunt superfluitates. Et possit dici q̄ hoc sumit hic q̄ melācolia est superfluitas: et ita debet itelligi q̄ ali⁹ duobus humorib⁹ ali⁹ a sanguine. Quidā vero dicunt q̄rto modo superfluitates dici de eo qđ nō obstante q̄ recipiat temperata decoctionem. tamē nō est p̄ncipaliter a natura itentum. Et hoc modo melācolia est superfluitas et nō colera: s̄z hoc magis disceſ caplo sequēti. Dicit autē fex boni sanguis: qz in sanguine bono. ideo apta in fundo residere cū a corpore euacuat et turbulentia: qz nō participat luciditate vt sanguis: qz vrgens in nigrū. Nota scđo: qz melācolia naturalis ē multuz terrea. et ideo propter frigiditatem terream participat pontico sapore: et qz digestio ē temperata participat dulci: et hoc in eadez parte: nec istud est pro inconvenienti putandum. et ideo habet saporem mediuz inter dulcem et ponticum per participationem q̄rta participat aliquali acetositate. Nā ifra dicet q̄ cōmouet os stomaci sua acrēdine. Et Hal. 3. regimis acutoz vult melācolia nālem esse acetosam. Nota 3. necessitatē et utilitatē sumi hic p̄portionabiliter: vt supra dī est de colera rubea,

Videtur hūores a sagittis dūi supflui  
tans q̄ nō dī p̄ iunior grāvante aī.

## Fen. I.

**Sed est dubitatio** si melancolia miscetur sanguini causa necessitatis p  
nutrimento membroꝝ melancolicorꝝ nō videtur qꝫ aliud  
faciat in hoc: nisi qꝫ ingrossat sanguinē ex quo ipa nō tran-  
sit in substantiam membrorum. Et si sic est cōfortare sanguī  
nem et ingrossare non erit vtilitas: vt contra necessitatē  
distinguitur. **C**hic si teneatur via Hali. qꝫ humores sunt  
aliꝫ a sanguine clara est respōsio: qꝫ aliud est nutrire mem-  
bra et conueri in substantiam eoꝫ. Et aliud est sanguinem  
ingrossare. Et prima est necessitas. secunda vtilitas. **C**Si  
vero dicamus melancoliam non conferre ad nutrītōeꝝ  
nisi alterando sanguinem imaginandum est alterari quo-  
dāꝫ speciali modo alio ab ingrossatiōe pro quo modo spe-  
ciali requisito ad nutrītōe membrorum melancolicorꝝ  
rum est necessaria melācolia. Et etiā ingrossatur sanguis  
et confortatur: quia redditur non tantū fluxibilis a melan-  
colia. Sed quia hoc poss̄ ab alio fieri. ideo per hoc nō fuit  
necessaria: sed vtilis. Completur autem ista vtilitas cū san-  
guis in secundas humiditates alias a prima debet conuer-  
ti. tunc enim ingrossatur: sed prius qꝫ subtile trāseat indi-  
get subtilisatione. **C**Nota quarto splenem fm cōmunem  
viam nutriti. i. voluptuari in melancolia: nō quia vere me-  
lancolia conuertatur in substantiaz eius. **C**Attendendū  
etiam vterius qꝫ inter splenem et stomachū mediat vena:  
immo plures per quas hora vicinitatis stomaci currit me-  
lancolia ad os stomaci et sui acetositate stimulat os ipsum:  
ita vt moueantur partes motu locali et inuicem confricen-  
tur: et propter acetositatē magis hanc fricationem sentiūt.  
Sensus autem istius confractionis est fames quā. sequit  
appetitus cibi. Sed de hoc magis. vltimo capitulo huius.  
prime fen. **C**Ista ergo est vtilitas excitare appetituꝫ mo-  
do dicto. **C**Itez quando partes stomaci vniuntur et con-  
desantur inuicem stomachus melius digerit. ergo secundū  
iuuamentum est ynire qđ sit frigiditate pontici: puta me-  
lancolie. **C**Et nota bene ex dictis modum fm quē aceto-  
sa excitant appetituꝫ: lꝫ ad hoc alie cause concurrat que zꝫ  
tegni videbuntur. quare et c.

**C**Bebes aut̄ scire qꝫ colera rubea que ad cistim  
trāmittitfellis est illud quo sanguis nō indiget  
et illud qđ a felle egredit̄ ē illud quo fel nō indi-  
get: et similiꝫ colera nigra qꝫ ad splenē transmis-  
tit̄ est illud quo sanguis nō indiget: et illud qđ a  
splene egredit̄ ē illud quo non indiget splen: et  
quēadmoduꝫ illa colera rubea postrema euigi-  
lat virtutē expulsuā iferi⁹: sic colera ista nigra  
postrema virtutē appetituꝫ euigilat supiūs.

**A**n̄ sit deo omnib⁹ meliori factorib⁹ laus.

**C**Nunc ponit quandam proportionabilitē inter ambas  
coleras naturales rubeas scilicet et nigras. **C**Et dicit qꝫ il-  
lud qđ de colera rubea dicitur qꝫ mittitur ad chistis fellis  
est illud quo non eget sanguis. Et illud qđ a felle ad intesti-  
no mittitur est illud quo non eget fel: ita illud de melancolia  
qđ mittitur ad splenem est quo non eget sanguis. Et il-  
lud qđ a splene ad stomachū mittitur est illud quo nō eget  
splen. Et quemadmoduꝫ colera que expellit̄ a chisti mit-  
tit̄ ad intestina ad euigilandū expulsuā. Ita illud qđ  
mittitur a splene ad stomachum euigilat appetituā. Et de  
ordine hoc sit laus deo meliori omnibus. **C**Nota tamen  
hic non totam coleram qua non eget sanguis mitti ad chi-  
stis fm aliquos: quia illud quod cuꝫ vrina expellit̄ fuit  
transmissa cuꝫ sanguine: quia eo egebat sanguis. Nā aquo-  
sitas vrinis yadit ad renes cū sanguine nutrituro renes  
cū quo est colera causaytilitatis pdicte: et cōpleta vtilitate

## Doc. III.

expellit̄ per vrinā. fuit ergo de illa qua eguit sanguis.  
**C**Sed dubium est vtrū in chisti semper sit colera et in sple-  
ne melancolia. **C**Dicendum qꝫ sic. in dispositione sanita-  
tis. Causa est vt sit continue presens p necessitatibus et vti-  
litatibus dictis. **C**Attende tamē qꝫ in dispositione preter  
naturam contingit nō mitti coleram ad chistim et aliquan-  
do plusqꝫ illud quo non eget sanguis mitti secundum va-  
rias exigentias.

**C**Ad melancolia nō nonnaturalis non est ad mo-  
dum hypostasis et fecis: immo est ad modum  
adustionis et cinereitatis.

**C**Nunc determinat de melancolia nonnaturali. Et primo  
generaliter. secundo diuidit species melancolie nonnatu-  
ralis. ibi Melancolia anteꝫ. **C**Prima in tres: quia primo po-  
nit quandam differentiam inter melancoliam naturalem  
et nonnaturalis per quam aliqualiter notificatur melan-  
colia nonnaturalis. Secundo. declarat quoddam dictuꝫ.  
Tertio ostendit qꝫ melancolia naturalis debet dici hypo-  
stasis sanguinis. secuda ibi. **C**Res nāqꝫ tertia ibi. Et nec  
habuit. Dicit primo. qꝫ melancolia nonnaturalis non est  
ad modum hypostasis et fecis sicut naturalis: immo est ad  
modum adustionis et cinereitatis. Ubi nota hypostasiſ si-  
gnificare omneꝫ rem grossioris substantie qꝫ residuum aptū  
inferius stare in liquido vel fluido et in eo naturaliter inue-  
niri sicut feces vini dicimus hypostasim eius. Est enī apta  
inueniri in vino. Et hoc modo loquendo melancolia natu-  
ralis est hypostasis sanguis. Nonnaturalis vero: lꝫ sit apta  
descendere in sanguine cum miscetur secum: tamen nō est  
apta in eo naturaliter inueniri. **C**Nota secundo. melāco-  
liam naturalem cum nonnaturali conuenire in terrestri-  
tate: quia vtraqꝫ est humor sanguine terrestrioꝫ etiam in na-  
turali dispositōe sue forme: sed differunt ex parte comple-  
xionis in actiūs. Nonnaturalis habet plerūqꝫ calorē vstū-  
num ad modum calcis et est omnium humorū pessimum:  
vt sumitur quinto naturalium virtutum. capitulo vltimo.  
Differunt etiam ex parte finis: quia per nonnaturalē nō  
potest natura conseq fines in melancolia intentos. **C**No-  
ta tertio. qꝫ non dicitur melancoliam nonnaturalē esse ci-  
nerem: quia tunc nō posset esse vehiculum putredinis: sed  
ad modum vstitutionis: id est facta sicca terrestris non ex  
actione naturalis caloris: sed caloris adurentis vel putre-  
facentis et incinerantis. **C**Nota quarto. non solum per  
viam adustionis et putredinis generari melancoliam non  
naturalē: sed aliquando per viam fortis congelationis:  
vt sumitur. capitulo sequenti: sed quia ista rara accidit. ideo  
Avicenna tacuit.

**C**Res nāqꝫ humide cū rebus terrestribus ad-  
miseretur: separatur terrestreitas ab eis aliquo  
duorum modorum: aut ad modum hyposta-  
sis et tale quale illud est de sanguine et melancolia  
naturalis: aut ad modum adustionis quod  
est cum resolut̄ subtile et spissuꝫ remanet et ta-  
le quale illud ē de humorib⁹ ē melancolia sup-  
fluēs: et ista qđē vocat̄ colera nigra.

**C**Nunc declarat hoc dictum: et dicit qꝫ res humide quādō  
miscentur cuꝫ eis res terrestres separatur ab eis terrestre  
aliquo duoruꝫ modorum: aut ad modum hypostasis: et tale  
quale est illud de sanguine est melancolia naturalis. Aut p  
modum adustionis quod est cuꝫ subtile resolut̄ et rema-  
net grossum. Et tale quale est illud de omnibus humorib⁹  
est melancolia superfluens. Et ista est que vocatur  
colera nigra. **C**Nota hic qꝫ in massa sanguinea que est  
aggregatum ex quatuor humoribus est humor alijs gros-

sior et terrestrior, tamen naturaliter cum sanguine et tali massa inuentus qui est aptus descendere infra: precipue cum per slobothomiaz evacuat. Et ibi est hypostasis et melanolia naturalis sumedo hypostasis ut supra dicit. In eadem massa est colera et flegma et sanguis: quos aut per adunctionem: aut congelatione contingit ingrossari ita ut deorsum descendant: sed non propter hoc dicuntur hypostases, quod non sunt ita grossa apta naturaliter in tali massa inueniri. Sicut ergo calx aut cinis si prohibiciatur in vino et vadat ad funduz, non tamē dicitur fex vini. sic est de ista melanolia non naturali. Ex hoc textu colligitur quod absolute nomen colere nigre dicitur de ista nonnaturali. Nota quod hic locus et si apud Thomā de garbo et Marsiliuz et Jacobum et reliquos modernos videat hanc habere expositionem. Tamen aliter dicit Dinus. Et est quod calor digestius epatis non comparatur in qua melancolie generande tanquam solitarie generaretur: sed quādōcū generatur naturalis melanolia per digestionem per quāz per se sanguis digeritur et grossuz terrestre ab eo separat. Et relinquitur ibi forma melancolie non per se intēta a calore illā generante, et ideo est ad modum hypostasis. Et videtur velle Dinus quod materia grossa fecalis que per digestionē sanguinis sequestratur nulluz habet propriū moduz digestionis. Et ex hoc videtur innuere quod genito sanguine in principio: sed nonduz perfecte digesto multe partes terrestres sunt de substātia sui: que tamen non sunt in eo conuenienter cuz ad perfectiōnem deductus est: et calor digerens sequestrat illas partes a residuis: et in illis resultat merito cōplexionis prius in eis existentis forma melancolie non per se intenta a calore naturali digerente. Et hoc est cōmune omnibus veris fecib⁹ quod prius quāz sint separate sunt de essentia eius cuius sunt feces. Et cuz hoc modo videtur cōcordare ea que hic dicuntur de colera et flegmate quod non habent hypostasis. Antonius autem vult quod melanolia non habet formam ynā nec est perfectum mixtum: sicut nec alie proprie feces. Et ideo Auicēna non posuit causam suam formalem. capitulo sequente. Ipsa enim non generat sed sequestratur in epate quia erat pars chili inepta in epate recipere digestionē. Nam omnis pars que in epate digeritur aut digerit diminuite: et sic est flegma: aut superflue et sic est colera: aut tēperante: et sic est sanguis. Sed nulla est que per digestionē conuertatur in melanoliaz. imo melanolia est pars seculēta que eu fugit sua terrestreitate digestionē in epate: et per sanguinis digestionem ab eo separata. Et hoc vult Galenus secūdo naturalium viruituz. cum dicit. Quod enim sufficienter grossuz et terrestre finaliter effugit transmutationē que in epate ad seipsum trahit splen. Et ideo vult Antonius in isto passu quod id quod sequestratur a calore naturali per modum hypostasis non est vere mixtū. Sed hic modus non est tam proprius cu bis que dicuntur hic quod colera non habuit hypostasis et similiter flegma habuit hypostasis.

Et neqz habuit hypostasis nisi sanguis. Ex flegmate. n. propter suu viscositatem nihil descendit sicut ex oleo. Et ex colera rubea propter suu subtilitatem et sue terrestreitatis paucitatez et suu motus assiduitatem: et propterea quod illud quod de ea a sanguine separat in corpore ē parum non descendit res de qua sit curanduz: neqz etiam cum separat moratur nisi parum: sed putrefit aut a corpore expellit: et cu putreficit eius subtile resoluīt et spissum remanet et fit colera nigra adusta et non hypostasiua.

Nunc declarat ynuz supradictum; scilicet melanolia est

hypostasis sanguinis. Et dicit quod non habuit ex humoribus hypostasim nisi sanguis. Quoniam flegma et si per se inueniatur. tamen propter sui viscositatē nihil ex eo descendit: sicut nec ex oleo. Colera vero rubea non habuit hypostasis propter paucitatem sue terrestreitatis et subtilitatez et motus assiduitatem. Et quia quod de ea separatur ex sanguine ē modicum. ideo etiā non descendit res de qua sit curandū. nec etiam cum separatur morāz nisi parum. imo putrefit et ipsius subtile resolutur et residuuz remanet colera adusta non hypostasiua. Ex hoc ergo patet quare dicit hypostasis sanguinis. Dic nota quod flegma non est cōmixtū sanguini non habet rez terrestrem aptā descendere et subcidere. Et hoc accidit propter flegmatis viscositatem propter quam terreum etiam si esset prohiberetur a descensiō. et exemplum de oleo intelligatur puro et mundo. nam nō descendit amurca. Nota secundo. quod colera etiā pura propter causas dictas non habuit hypostasim naturaliter cum per se ponitur partem que sit apta descendere. si tamen sit aliqua talis est ita modica quod non curatur de ea propter causas dictas. Nota tertio. quod in sanguine capiendo sanguinem pro massā sanguinea. nam inuenitur tale grossum aptum descendere quod est melanolia naturalis. Illa ergo est fex sanguinis sumendo sanguinem. Uel secundo potest dici fex sanguinis sumendo sanguinem pro quarta substantia. quia et si a tota massā separatur. tamen denominatio fieri debet a pluri vel nobiliori quod est sanguis. Uel tertio cum aliquod grossum residet in aliquo aggregato quod per opus digestiū separatur. cōmuniter illud dicitur fex optimi digesti: sicut fex dicitur vini nō spiritu vel vaporum qui ascendunt.

**Hic tamen cadit dubitatio.** utrum colera cum putrefit semper fiat eius grossum melanolia. Et non est dubitandum coleraz posse putrefieri. nulla eius parte conuersa ad alterius humoris formam. et ita ea non conuersa ad melanoliā. Sed tunc accedit incineratio: ut fit in tertiana interpolata in qua coegerat que in uno paroxismo mouetur incineratur non transiendo ad aliū humorē. Contingit tamen ex aliqua tali putredine remanere melanoliā. Nam eadem res potest diuersimode putrefieri et per diuersa media ad memorationem peruenire et cetera.

**Melanolia aut que ē superfluens.** alia ē que est cinis colere et quod de ea adurit que ē amara inter quantū et coleram rubeam quam adustā vocamus existit differētia: quia illa ē colera rubea cui cinis hic fuit admixtus: hec nō ē nisi cinis per se cognitus cuius subtile fuit resolutū.

**Hic specialiter de melanolia non naturali determinat** ponendo suos diuersos modos. Et dividitur in duas. Nam primo species melanolia determinat vel declarat. Secūdo comparat eos in malitia. ibi (Male igitur). Tertio ponit epilogum. ibi (Hec igitur). Prima dividitur in quatuor secūdū numerum quatuor humorū ex quorum adustione potest melanolia fieri. ibi secūda (Alia est que). ibi tercia (Alia est) quarta ibi (Alia est). Dicit primo quod melanolia preter naturaz. Alia est que ē cinis colere. et illud quod est adustuz de colera. Et quod hec differt a colera adusta de quod supra dicitur quod ē species colere rubēe. quod illa est colera cui bic cinis quez dicimus melanoliā est admixtus. sed ista de qua hic loquimur est cinis per se cognitus et per se acceptus.

**Ubi nota.** quod colera rubea cui miscetur melanolia colericā adusta de colere preter naturalis per extranei mixtionē ut supra dicitur. Sed h̄ ymaginamur tantū adustū ingrossatū. quod cum illa colera non est mixtū: sed per se stans. illud est

## Fen. I.

melancolia de qua noster sermo. **C** Nota secundo q̄ hec melancolia nō est absolute cinis. tunc. n. non esset humor nec febris nec putredinis vehiculum. vt sumitur. prima quarti. capitulo de sermone vniuersali putridarum febriū: sed est humor genitus ex parte terrestriori alterius humoris. **C** Nota tertio. hanc melancoliā esse amaram attestantur colere ex qua generatur. **C** Nota vltimo. Iz ista sit minori caliditate participans naturali et fortassis actuali q̄ cole ra: tamen et potentiali et vltiuia qualis est in calce plus humor colerico participat.

**C** Alia est que est cinis flegmatis: et quod de eo adustū fuit: et si flegma valde subtile et aquosus fuerit ei⁹ cinis erit salsa: et si nō trahit ad acrēdine⁹ aut ponticitatem.

**C** Notificat secundā species dicens q̄ alia est que est cinis flegmatis. et tale flegma si fuerit aquosum hec melancolia est salsa. Et si fuerit grossus sapor ē acetosus et ponticus.

**C** Hic cadit dubius cū melancolia facta ex flegmate subtili possit ita ēē grossa: sicut facta ex grosso quare habet saporem salīus et aliis acetosus aut ponticus. **C** Hic dicitur causam esse diuersitatis modū mixtionis partium subtilium taz de natura aque q̄ terre: que vaporabiliter per corpus sunt disseminate. Unde nō obstante q̄ sint eque grossi quo ad totalitatem. tamen habēt partes vniuersaliter mixtas. Et hoc supra in flegmate salso tetigi. **C** Nota secundo ex flegmate grosso non solus per adustione⁹: sed etiam per cogillationem expresse humido melancoliā generari. et talis est maxime pontica et c.

**C** Alia est que ē cinis sanguinis: et qđ de eo est adustū: et hec quidem est salsa ad paucam trahens dulcedinem.

**C** Notificat melancoliā sanguinea dicens qđ alias est cinis sanguinis et illud qđ est adustū ex eo. et hec est salsa trahens ad paucā dulcedinem. **C** Lauta salsedini est mixtio cineris subtilis cū aquo subtili dulcedini preparato in eo ex quo generatur. et hic per adustū et cinerez intelligamus ut supra non verū cinerem.

**C** Alia est que est cinis melancolie naturalis que si subtilis fuerit erit eius cinis et qđ de ea adustum est valde acre: sicut acetuz qđ cum super terre faciem cadit ebullit: et ei⁹ odor est acris a quo musce fugiunt et alia: et si grossa fuerit minoris erit acrēdinus cū ponticitate pauca.

**C** Notificat hic melancoliā melancolicam dicens. Q̄ alia est que est cinis melancolie naturalis: et illud qđ est adustū ex ea etiā hec melancolia naturalis si est subtilis. tūc eius adustum est valde acre: sicut acetuz qđ cum supra faciem terre probicitur bulit et est odoris grauis: ita qđ ab eo fugiunt musce et alia animalia. Si vō melancolia naturalis fuerit grossa tunc eius adustum est minus acre. Et tu hic cōsidera qđ diuinit melancoliā et flegma in subtilem et grossam et nō alios humores. quia in alijs non tanta inuenitur diuerſitas non qđ etiā diuidi nō possunt. **C** Nota secundo. qđ melancolia melancolica subtilis bulit supra faciem terre eo qđ habet aliquid de natura calcis et calorez inter omnes alios humores valde. ergo sui subtilitate penetrat i porositates terre. et suo acutissimo calore dissoluit aliqua grossa ibi inuenta et ad naturā vaporis deducit. que ascendentia faciunt ampulas cuz sono. Et ideo dicitur qđ bulit. et ideo etiā acetum simile facit bulitionē supra terre faciez sui subtilitate penetrando interiora et strictas vias et faciendo sursum partes leuiores ibi inuentas ascendere. Existimandū est autē alias species colere nigre. puta illaz que sit ex adustione co-

## Boc. III.

lere citrine simili causa posse ebullitionem facere.

